

CORPVS  
IVRIS FRANCICI  
SEV,  
ABSOLVTISSIMA COLLECTIO  
ARRESTORVM,

*sive*  
RERVM IN SVPREMIS FRANCIAE  
Tribunalibus & Parliamentis iudicatarum.

*Auctore* V. CL. IOANNE PAPONIO, *Consiliario Regio,*  
*& in Praefectura Foro-Segusiensi Propratore:*

Cui accesserunt *Nota & Appendices*, quatuor Celeberrimorum IC<sup>orum</sup> & Pragmaticorum,  
BERGERONII, TILLERII, CHANTII, & ALII,  
dimidiam totius Operis partem adaequantes.

*Nunc primum* Jurisconsulti cuiusdam Galli, in foro uersati,  
*operâ, Latinitate donata omnia.*



COLONIAE ALLOBROGUM.  
Sumptibus Samuelis Crispini.

T A S S A .

**Y**O Diego Gonçalez de Villarroel, Escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, de los que en el su Consejo residen, doy fee, que auendose visto por los Señores del Consejo vna memoria de libros de diferentes facultades, tassaron los libros de Marca mayor a siete maravedis el pliego, y que a este precio, y no mas se venda: y que esta tasa se ponga en cada vno, para que se sepa el precio a como se ha de vender. Y para que dello conste de mandamiento de los dichos Señores del Consejo, y pedimiento de Antonio Garcia, di esta fee. En Madrid a doze del mes de Septiembre de 1615. años.

*Diego Gonçalez de  
Villarroel.*





# TYPOGRAPHVS LECTORI SALVTEM.



**D**AMVS tibi, LECTOR, réque præstamus nunc quod solennes Nundinarum Catalogi iam dudum pollicentur, Collectionem inquam, rerum in supremis Franciæ Tribunalibus iudicatarum, quæ Curiarum seu Parliamentorum *Arresta* vocant: cui post aliorum conatus manum admouit. A.D. 1556. V. C. IOANNES PAPONIVS, Proprætor in Præfectura Forosegusiensi: quæq; toties iam vernaculâ suâ linguâ recusa, ab ipsomet auctore aucta A.D. 1585, aliorum deinceps clarissimorum Pragmaticorum accessione locupletata, omnium, qui in foro versantur, manibus hodie teritur, sinûque fouetur: sui que utilitate sese ad eò commendauit, vt princeps hæc omnium Collectio iam habeatur. Nam vt maximè similis collectionis cuiusdam auspiciu fecerint alij, atque instar præbuerint: Autor, inquam, *Stylus Curia Parlamenti, Gallus, Ausfrerius, Guido Papa, Boërius, Lucius*, & hic quidem sermone Latino, neque ad eò incompto, si affectata quædam excipias: attamen hic noster optimum & plenissimum *ἀπὸ τῆς ῥῆμα* imposuit. Rursum, etsi Paponium secuti sint alij, & in his *Maynardus, Louëtius, Chanutius, Veffius*, aliique complures, quibus sua singulis laus & decus debetur: Attamen materiarum vbertate Paponius longo omnes interuallo præcessit. Neque enim is contentus fuit sui seculi, aut Tribunalis res iudicatas colligere, quod alij fermè collectores fecere (contenti populum ætatis vel gentis suæ cogitare, seque coram, vel saltem haud paulò semotiora in schedas suas referre) verum omnis æui exempla, iam inde, ex quo constituta illustrissima Franciæ Parlamenta vnde-cunque conquisiuit: tum è decessorum suorum scriptis, tum propria experientia, tum scriniis actis que publicis, schedis denique eorum, qui iuri dicundo præfuere. Ac vt maximè nonnulli, vt in tanto tamq;



COLLECTIO  
**ARRESTORVM**  
 NOTATV DIGNIORVM,  
 SEV  
 RERVM IN SUPREMIS FRANCIAE  
*Curijs, seu Tribunalibus iudicatarum.*  
 LIBRI PRIMI TITVLVS PRIMVS.

*De Rebus Diuinis, Sacris & Religiosis.*

ARRESTVM I.

*S. Sacramen-  
 tum Altaris  
 extra strepitus  
 iudicialium est.*



**V**NERI, fide firmâ, fida-  
 cique Christianâ & Catho-  
 licâ credere debemus, san-  
 ctum Altaris sacramentum  
 nihil vspiam temporale in se  
 continere: verum ab omni  
 parte spirituale esse: in quo  
 videlicet tum perpetuo Iesu Christi verbo, tum  
 firmâ fiduciâ quam ejusce rei gerimus, pretio-  
 sum ipsius corpus consecratur, quod eo tempore  
 pro peccatis nostris Deo patri ipsius offertur:  
 quodque ad plenus vificandos nos accipi-  
 mus. Item credere debemus, ob ipsius maiesta-  
 tem, & dignitatem, de eo inter mortales siue  
 possessio<sup>a</sup> iudicio, siue aliâ quâ ratione agi-  
 tas non esse: possessionum quippe in re tam san-  
 ctâ spirituale protulæ est: iuxta notata in *Clau-  
 memena finali, ext. de prebendis*. Et verò hac ra-  
 tione Arresto Patibensi anno 1388. ab interdico  
 depulsus fuit, qui sese turbatum in possessione  
 administrandi sanctum Sacramentum suis scillis  
 Parochianis suis aderebat: qui cæteroque illi  
 soli cæteris exclusis faberant.

<sup>a</sup> A rebus sacris Codicem sumus usus est Iustinianus, ut  
 publicis & dignioribus. Hoc ipsum præbitis & huc au-  
 tor, & plura alij.

<sup>b</sup> Res sacre regulariter præbiti non possunt, ne-  
 que iure duntaxat, neque iure possessionis, aut securita-  
 tis, cum sine nullius: *l. de rebus, §. sacre, ff. de rebus d. v. f.*  
*§. sacre, l. i. ff. de rebus d. v. f.* Res sacre sacre non possideri, sed  
 quasi possideri dicuntur, *vide infra lib. 2. c. 2. in fine*. Precipue  
 tamen ius patronatus, quod licet in sacris possessione per  
 exceptiones & modos *vide infra lib. 2. c. 2. in fine*.

<sup>c</sup> Receptum tamen est, ut Curio, aut alius dominus  
 fundator de patronus sicutus Ecclesie possit interdico  
 experiri aduersus eum qui in Capella aliqua & loco  
 non parochiali habere vult libros (in quibus baptis-  
 ma conferretur) vel cibaria (in quibus eucharistia admini-  
 straretur) *vide infra hoc lib. 2. c. 2. in fine*.

ctio confessoria pro omnibus iuribus, veluti pro iurif-  
 dictione & decimis competat, *l. c. constitutum, de rebus d. v. f.*  
 item, si iura subita deuegentur, interdictio vti possi-  
 detis agi poterit. *Berg.*

II.

Et extat tamen<sup>a</sup> Arrestum eiusdem Curie,  
 vndecima Iulij anno 1331. quo Presbyter admissus  
 fuit<sup>b</sup> ad petendum ministerij sui salarium in  
 celebranda Missa, coram Iudice Laico seu  
 seculari aduersus Laicum: eum tamen quæ conti-  
 netur *Canone prebende 10. q. 2.* Neque tamen hoc  
 ipso sacro sancti Sacramenti interuentu reddi-  
 tur<sup>c</sup> (sua nummaria pretio æstimantur,) verum  
 presbyter operæ suæ prerium ferat: quæ id me-  
 tetur, ne egestate laboret. Et nihilominus tamen,  
 si habeat ipse aliunde unde sese exhibeat (siue a-  
 lia) ut salario carere facile possit, melius fecerit,  
 si ab hac actione abstineat: est enim res talis, quæ  
 non peti, verum vti d. offerri debet, *arg. d. de iudic.*  
*§. si rem, ff. de leg. 3. exemplo d. v. Pauli, qui i. ad*  
*Corinth. cap. 9. ait, se nihil ab ipsis pro Evangelio*  
*predicato, & laboribus circa Dei verbum pro*  
*ipsorum salute exhaustis exegisse, sed nec quic-*  
*quam ab eis accepisse. Et quamvis idem dicat,*  
*Dominam ordinasse, ut quæ evangelizarent, de*  
*euangelio viverent, subiicit tamen si nullo istorum*  
*vsum esse. Sed certè ex ipsius sermone satis colli-*  
*gitur, quicquid hac parte fecit, id fecisse ipsum*  
*ad domandam magis magisque Corinthiorum*  
*quos alloqueretur auaritiam. Proinde Arresti*  
*nostri consequentia salua & integra manet: Et*  
*verò non alia cautela melior ad tollendum scan-*  
*dalum, & quod inde promanat dedecus excog-*  
*itari potest, quàm si cõringat Prælatos nostros,*  
*quibus ordinandorum & creatorum Presby-*  
*terorum cura incumbit, iam non alios de more*  
*admittere, quàm qui ipse honestè sese exhibere*  
*possunt, quàm ut mendicitatem quandam Mis-*

*Presbyter ad-*  
*missus ad sala-*  
*rium per Mis-*  
*sa præbendam.*